Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



IOHAN

qui a patre procedit ille testimo
nium phibebit de me. Et uos testi
monium phibebitis quia ab initio
mecum estis. XVI

Hec locutus sum uobis ut
nõ scandalisemini. Abscõ
synagogis facient uos. Sed
uenit hora ut omnis qui interfe
cit uos arbitretur obsequium se pres
tare deo. Et hec facient uobis quia
nõ nouerunt patrem neq; me. Sed
hec locutus sum uobis ut cum ue
nerit hora eorum reminiscamini
quia ego dixi uobis. Hec autem ab ini
cio uobis nõ dixi quia uobiscum
eram. Nunc autem uado ad eum qui
misit me et nemo ex uobis inter
rogat me quo uadis. Sed quia hec
locutus sum uobis tristicia imple
uit cor uestrum. Sed ego ueritatem
dico uobis expedit uobis ut ego
uadam. Si enim nõ abiero paracli
tus nõ ueniet ad uos. Si autem
abiero mittam eum ad uos. Et cum
uenerit ille arguet mundum de
peccato et de iustitia et de iudicio.
De peccato quidem quia non
crediderunt in me. De iustitia uero
quia ad patrem uado et iam nõ
uidebitis me. De iudicio autem
quia princeps huius mundi iam
iudicatus est. Adhuc habeo multa
uobis dicere sed nõ potestis porta
re modo. Cum autem uenerit ille spi
ritus ueritatis docebit uos omnem
ueritatem. Non enim loquetur a semet
ipso sed quecumq; audiet loquetur
et que uentura sunt annuntiabit
uobis. Ille me clarificabit quia de
meo accipiet et annuntiabit uobis.
Omnia quecumq; habet pater mea
sunt. Propterea dixi quia de meo ac
cipiet et annuntiabit uobis. Modicum
et nõ uidebitis me et iterum
modicum et uidebitis me quia
uado ad patrem. Dixerunt ergo ex
discipulis eius ad inuicem. Quid est
hoc quod dicit nobis modicum et nõ
uidebitis me et iterum modicum et
uidebitis me quia uado ad patrem.
Dicebant ergo. Quid est hoc quod
dicit nobis modicum. Nescimus
quid loquitur. Cognouit autem ihe
sus quia uolebant eum interrogare
et dixit eis. De hoc quaeritis inter uos
quia dixi uobis. Modicum et nõ ui
debitis me et iterum modicum et ui
debitis me. Amen amen dico uobis
quia plorabitis et flebitis uos mun
dus autem gaudebit uos autem contista
bimini sed tristicia uestra uertetur
in gaudium. Mulier cum parit tris
ticiam habet quia uenit hora eius
Cum autem peperit puerum iam nõ
meminit pressure propter gaudium
quia natus est homo in mundum
Et uos igitur nunc tristiciam habetis
Iterum autem uidebo uos et gaudebit
cor uestrum. Et gaudium uestrum
nemo tollet a uobis. In illo
die me non interrogabitis
quidquam. Amen amen dico uobis si
quid petieritis patrem in nomine meo
dabit uobis. Usq; modo nõ petistis
quidquam in nomine meo. Petite et
accipietis ut gaudium uestrum sit plenum